

**Numéro Scripta** : 425

**Autre(s) référence(s)** : Round 161/1285

**Auteur(s)** : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1172-1178]

**Lieu d'émission** : Rouen

**Action juridique** : confirmation générale

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Charte de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie, portant confirmation des biens de l'abbaye de Jumièges sis à : Jumièges, Yainville, Le Trait, Saint-Paul (comm. Duclair), Duclair, Épinay[-sur-Duclair], Caudebec[-en-Caux], Norville, Vieux-Port, Quillebeuf, Saint-Aubin-sur-Quillebeuf, Wuy, Jouy[-sur-Eure], Gauciel, Cerisey, Rouvray, Heurteauville, Hennezis, Guiseniers, Vimoutiers, Les Crouttes, Le Renouard, Ouézy, Vieux-Fumé, Condé (ou Saint-Laurent-de-Condé), Pont-de-l'Arche, Les Damps, [Saint-Pierre-d']Autilz, Saint-Étienne-sous-Bailleul, Brosville, Saint-Marcel, Saint-Just, Tourville[-la-Rivière], Gouy, Les Authieux[-sur-le-Port-Saint-Ouen], Gruchet, Rouen, Lillebonne, Trouville[-la-Haule], Coulonces, « Voiri », Écouché, Serans, Trun, La Poterie, Guêprei, Ommoy, Manneville, Le Manoir, Bayeux, Cheux, Honfleur, Dive, Varaville, Gravigny, Cabourg, La Luzerne, Frédeville, Valletot, île de Hayling, « Leuga », « Wintrebornestohc », « Chiwetona », Pont-Authou, Motteville, Trubleville, Malleville[-sur-le-Bec], [Saint-Martin-du-]Parc, Émondeville, Saint-Vaast[-Dieppedalle], Beaunay, Cottévrard, Rosay, Bosc-Bérenger, Gromesnil, Breuilly ?, Hauville, Croixmare, L'Heure, Bretteville, Tôtes, Pont-Saint-Pierre, Les Cottés, Corneville, Dame-Marie, La Pellerie, Verneuil, Hautot[-l'Auvray], Vinnemerville, Flamanville, Bourville, Folny, Piseux, Gauville, Miserey, « Vallis Merdose », Flancourt, Varengeville, L'Aunay, Mézières, Le Bosc-Roger-[sous-Bacquet], Léry, Bouteilles, Épreville, Boishalduc près Norville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 323-325.
- b. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, p. 1087-1088.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXXVII, t. 2, p. 91-95.
- d. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXI, t. 2, p. 15-31.

## Dissertation critique

Datation d'après L. Delisle/É. Berger.

Texte établi d'après d

H., Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie beate Marie et sancti Petri de Gemmetico et monachis ibidem Deo servientibus omnes elemosinas que eis rationabiliter date sunt in ecclesiis et terris et decimis et in omnibus aliis rebus, scilicet : ex dono Willelmi, Rollonis filii, villam Gemmetici cum ecclesiis et omnibus appendiciis ville, et aque decursum a loco qui dicitur Belinguetwit usque ad Josephessart, excepto quod domini Wiville, Anneville et Berville habent usque ad filum aque, quantum terre eorum durant ; Ewenvillam etiam cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis, et capellas de Tractu ; Davidvillam, Durclerum cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis, et terram ex integro usque ad Sanctum Martinum de Spineto, et ejusdem ville terciam partem cum tota ecclesia ; molendinum unum in Caudebec ; Nutrivillam cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis ; et portum qui dicitur Twit cum ecclesia et villa ; Chileboum et Wamburgum cum ecclesiis et portu et theloneo, et quicquid ex his ad fiscum suum pertinebat, cum integritate aque ex parte terre monachorum et graspeis si forte capiatur ; haïam que adheret Brotonne a Vacaria usque ad Huias ; Goiacum, Warsiel, Carisi, Rowrei, cum ecclesiis et omnibus aliis appendiciis. Ex dono vero Roberti, archiepiscopi Rothomagensis, assensu ducis Ricardi secundi, omnes consuetudines que ad ducatum pertinebant in Goiaco et Warsiel. Ex dono ducis Ricardi, filii Willelmi filii Rollonis, Haretelvillam ; apud Hanisias, octo hospitia ; et in Gisiniaco, viginti hospitia cum ecclesia ejusdem ville et decimis, et in his duabus villis duas carrucatas terre ; Vimonasterium cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis ; terram totam et nemus usque ad viam Asinariorum ; Cruptas cum ecclesia et omnibus aliis ville pertinentiis, exceptis duabus vavassoriis, et quartam partem de meisnillo Renuardi ; boscum quod est inter Vimonasterium et Cruptas, et terram usque ad pontem de Vie sicut via dividit que vadit ad Montem Sancti Michaelis ; Oysiicum et Vadum Fulmerii cum ecclesiis illarum et aliis appendiciis, et meisnillum quod est juxta villas illas ; apud Conde, unam carrucatom terre. Ex dono autem secundi Ricardi, Pontem Arche cum ecclesia et omnibus ville appendiciis, et ecclesiam de Dans cum tribus hospitiis ; et in Longa Villa, Altiz cum ecclesia et omnibus aliis pertinentiis ; Cantalupum cum capella et aliis pertinentiis ; comparationes de Brovilla ; terciam partem omnium decimarum Sancti Marcelli et Sancti Justi ; ecclesiam de Turvilla et totam terram ad ecclesiam pertinentem et decimas ville ; capellam de villa que dicitur Goiacus, et decimas ville que dicitur Altaria, et ejus que dicitur Gruciacus ; apud Rothomagum, mansum pertinentem ad Turrim Alwredi cum ipsa turre, et duas domos juxta Pratum Belli ; et in suburbio ipsius civitatis ecclesiam sancti Andree cum virgulto et quatuor hospiciis ; molendinum unum apud Lillebonam ; Turovillam cum ecclesia et omnibus aliis appendiciis ; boscum a portu qui dicitur Twit usque ad vallem Furneville ; ecclesiam de Coluncellis cum majori parte ville et decimarum ; Voiri, Escorces, Seranz et quartam partem territorii de Trum ; ecclesiam de Poteria, vavassorias quas tenent de ecclesia Robertus de Ansgervilla, Robertus Sanson, Hugo de Urticato, Alanus de Falesia, Reigner Burdon, Girardus de Meisnillo, Gilo de Baillolo, et alii in eadem provincia ; molendinum unum et dimidium juxta Coluncellas ; partem de Waipre, de Ulmeto, de Manneville, ecclesiam de Manere cum omnibus decimis, et unum vavassorem ; decimam septimanam civitatis Baiocarum et vicecomitatus Baiocassini ; juxta Cheus molendinum unum, et quatuor salinas apud Huneflotum ; apud Divetam vel Waravillam, sedecim salis sextarios. Ex dono Roberti Bertrani, septem summas salis. Ex dono autem Radulfi, comitis Ebroicensis, molendinum unum super fluvium qui vocatur Itun, cum uno arpeno terre ; et apud Gravigni, hospitem unum ; apud Caburgum, octo hospitia cum mariscis et suthulumum. Ex dono vero Cristiane de Lucerna, eandem villam cum ecclesia et aliis appenditiis, exceptis vavassoribus. Ex dono Turgoti, quicquid ipse habebat in Fridevilla, et apud Watotot tenementum Herberti de Sancto Albino. Ex dono regis Willelmi, in Anglia majorem partem insule Harengéé cum ecclesia, et decimas totius insule, exceptis decimis leguminis et avene in terra episcopi Wintoniensis ; et in eadem insula, saccam et socham et toll et team et infannethf cum aliis omnibus consuetudinibus ; et apud Leugam juxta Sanctam Fidem, dimidiam hidam ; apud Wintrebomestohc, ecclesiam et unam carrucatom terre et quinque hospites cum decimis totius parrochie ; apud Chiwetonam, viginti duos hospites et unam carrucatom terre in dominico, et ecclesiam cum decimis totius parrochie, et sex capellas scilicet de Amleberga et de Peltona et de Estona et de Ferendona et de Weletona ; et in Normannia, partem Pontis Altou, sicut Risle dividit, cum ecclesia et molendino, et homines ejusdem ville

quieti sunt ab omni consuetudine in leuca Brionie, et duas acras et dimidiam prati inter Sanctam Mariam Prati et Sechanam, terciam etiam partem de Mactevilla et medietatem de Trubevilla cum ecclesia et decimis ; apud Malevillam et Parcum, ecclesiam et capellam cum decimis et feodo quod tenet Hugo Lebigot ; apud Amundevillam, unam carrucatum terre et ecclesiam Sancti Vedasti cum decimis totius parrochie et cum boscho ; et viginti acras alodii n Belnaco, et tenementum Girardi et Walteri et Malgerii et Hugonis ; decimam etiam de feodo Galfridi. Ex dono Rogeri, filii Ricardi, ecclesiam de Cothewart cum decimis totius parrochie in bosco et plano, et dimidiam carrucatum terre, et boscum Druelle cum decima molendini de Rosei ; ecclesiam de Bosco Berengarii, et decimas de Grosmeisnillo et de Brolio. Ex dono autem Reginaldi, Matillis regine capellani, tenementum quod ipse habebat infra urbem Baiocarum et extra. Ex dono Gilleberti Crispini et Gilleberti Stricarii, quicquid ipsi habebant apud Hausvillam. Ex dono Willelmi de Watevilla, ecclesiam de Croismara cum tota decima in nundinis, in terris et in omnibus aliis rebus. Ex dono regis H., avi mei, silvulam que dicitur Dudela ; et apud villam que dicitur Lura, tredecim summas salis et hospites qui custodiunt salinas ; quietantiam in omnibus portibus Anglie et Normannie monachis et propriis servientibus suis et rebus de dominico ecclesie ; pasnagium etiam quietum in omnibus forestis suis, et quietantiam in tota Anglia et Normannia de omnibus rebus ad usagium ecclesie pertinentibus. Ex dono Thome, filii Girardi, apud Bretevillam decimas feodi sui, et quicquid tenebat apud Tostas, et apud Pontem Sancti Petri tenementum Bartholomei de Plaissicio. Ex dono Walonis, medietatem Scotarum juxta Rothomagum. Ex dono antecessorum Roberti de Bonesboz, molendinum de Cornevilla. Ex dono Alberti Divitis, villam que vocatur Donnemarie cum ecclesia et omnibus aliis ville pertinentiis, et apud Paeleriam, partem quam in ea habebat ; apud Vernolium, domum unam quietam, et alteram ad censum. Ex dono Willelmi de Canvilla, ecclesiam de Hotot cum decimis totius parrochie, et terram que dicitur Sororis Osberti in eadem villa. Ex dono Radulfi et Gaufridi filii Gripponis, partes duas decimarum de Winemervilla. Ex dono Roberti de Scacherlun, decimas feodi sui apud Flamemvillam. Ex dono Ascelini, decimam feodi sui apud Burrevillam. Ex dono Willelmi de Foliniaco, decimam feodi sui in eadem villa. Ex dono Giroldi, ecclesiam de Puteolis cum tercia parte decimarum, ecclesiam de Gauvilla cum decimis totius parrochie. Ex dono Walteri de Anfrevilla, decimam feodi sui apud Miseri. Ex dono Willelmi de Lunda, decimam Vallis Merdose. Ex dono Walteri de Belmes, decimam feodi sui apud Frollancurt, et apud Warengervillam decimas omnes in parrochia sancte Marie et terciam partem decime in parrochia sancti Petri ; apud Alnetum molendinum unum super stagnum Durcleri. Ex dono Baldrici de Bosco, terciam partem decimarum de Maseriis et de Bosco Rogeri. Apud Leireium, ex dono Roberti de Watevilla, sedecim solidos et unum arpentum vinee. Ex dono Gilleberti Caletot, apud Buteilles, unum modium salis. Ex dono Radulfi filii Ricardi, decimam feodi sui apud Asprevillam. Ex dono Hugonis de Mara, .XXX. solidos in suo molendino. Ex dono Ricardi de Morevilla, terram que vocatur Boscum Halduci juxta Nutrivillam. Quare volo et firmiter precipio quod predicta Gemmeticensis ecclesia et monachi ejusdem loci habeant et teneant omnes prenominateles elemosinas cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illas pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus Rotrodo, archiepiscopo Rothomagensi ; Henrico, Baiocensi, Egidio, Ebroicensi episcopis ; comite Willelmo de Mandevilla ; Ricardo de Humitis constabulario ; Reginaldo de Curtenai ; Roberto Marmion ; Ricardo de Canvilla ; Hugone de Creissi ; Seihero de Quinci ; Reginaldo de Paveilli ; Willelmo Malo Vicino ; Ricardo de Vernone ; Hugone de Laci ; Hugone de Longo Campo ; Roberto de Stutevilla ; Alwredo de Sancto Martino ; Gilleberto Malet ; Girardo de Canvilla. Apud Rothomagum.